

Ihs

dominica

in octava

pasche tit

14 III

Nh
1236



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

De 7

I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.



~~XXVII~~
EPITHALAMION

an 31

In celebritatem nuptiarum exoptatis.

ILLVSTRISSIMI PRINCI-
PIS AC DOMINI, D. RODOLPHI,
PRINCIPIS ANHALTINI, COMITIS A-
SCANIÆ, DOMINI SERVESTÆ
AC BERNBURGI, &c.

Et

ILLVSTRISSIMÆ PRIN-
CIPIS AC DOMINÆ, D. DOROTHEÆ
HEDVIGIS, DV CIS BRVNOVICENSIS
ac Lunæburgensis, &c.

*Reverendis. & Illustris. Principis ac
Domini,*

D. HENRICI IVLII,
POSTVLATI EPISCOPI HAL-
berstadensis, Ducis Brunovicensis &
Luneburgensis, &c. F.

Quæ Dei ter Opt. Max. auspicante gratia A. D. XXIX. Mens. Xbris
Iuliani VVolfferbyti solenniter celebratæ sunt.

Felicis. appreciationis, & subiectissimè grati animi
declarandi studio scriptum

à

M. IOHANNE FERTSCHIO LVDI-
litterarij apud Bernburg. R.

SERVESTÆ, Excudebat Iohannes Schleer,
Anno M.DC. VI.





EPITHALAMION.

Dum sacer ASCANIO, IOVA duce, & auspice
IOVA, Jungit Hymen:
DOROTHEAM HED VVIGIN foedere
Ducere fert Pietas sacros Hymenæon ad ignes,
Proq; Ducum fausto fundere vota toro.
Namq; est Coniugium sanctum & venerabile cunctis,
Et pius est Patriæ dicere facta labor:
Nate DEI, socias Evam qui pronubus Adæ,
Et mandas unâ vivere carne duos:
Huc ades, ASCANIO GVELPHAM conjunge maritam:
Quæ tu conjungis, solvere nescit homo.
Vna sit his anima in distincto corpore vivens:
Vna sit in DOMINO mens, amor, atq; fides.
Da natos natorum, & qui nascantur ab ipsis:
Pignora sunt lecti munus opusq; DEI.
Da bona suppeditet felici Copia Cornu:
Cuncta, quibus curæ Martis & artis egent.
Da Pylios Sponsus, Cumæos Sponsa per annos,
Grata DEO, & Patriæ commoda, cuncta gerat.
Dux Pietas, Astræa comes, Pax subdita utriq;
Et thalamum, & gentem semper utramq; regant.
Hæc rogo, sed Rector thalami det plura rogatis,
Multiplicetq; suo vota favore mea.
Coniugium humanæ divina Academia vitæ est,
Cuius qui callet dogmata, doctus erit.
Siviget in thalamo certè viget incluta Virtus,
Cura precum, pietas, gratia, candor, amor.

Coniugium

Coniugium status est, ex quo, ceu fonte perenni,
Dante DEO, vitæ profluit omne genus.
Feminaq; adiutrix maris est, quæ se applicat ipsi,
Seu mala læta iuvent, seu mala moesta premant.
Diversasq; domos affini foedere iungit
Coniugium, ac sanguis glutinis instar habet.
Esse DEVM castam mundamq; per omnia mentem,
Coniugiale sacro foedus honore docet,
Vita Cupidineis crebrò patet innuba telis:
Excutit hæc, dulci vita ligata toro,
Nil maiore DEVS dignatur honore per Orbem,
Quàm sacra cor sancti iura Pudoris amans.
Aspice Iosephum, castiq; Pudoris honorem:
Regnat in Ægypto, qui modò servus erat.
Nil gravius DOMINVS, quàm furta iugalia, punit:
Si dubitas, Mundum dispice, certus eris.
Ne memorem Troiam, Thebas, Sibarim, atq; Gomorrham,
Tristibus exemplis non caret ulla domus.
Quid? quòd imago torus nobis est foederis arcti,
Cum massa quod inis genteq; CHRISTE tuá!
Ergo Duces odio Legem, quam Furq;, Latroq;,
Et Moechus Latio dictat acerbus, habent.
Heu! quæ fulcra Papæ sunt Lex de coelibe vitâ,
Et claudi vesco creditus, orbe Deus!
Qui GVELPHO ASCANIOq; canat Duce carmina digna,
Tu Maro, vel Naso, Flacce vè, dexter eris,
Non est ASCANIA gens gente vetustior orbe,
Ascane Gomeride quæ fata nomen habet.
Omen habet, nomenq; notat sacri ASCANIS ignis
Custodem, & gentem Numen habere probat.
ASCANIS hinc urbes, regioq; antiqua, palusq;,
Cumq; Tuisconibus flumina nomen habent.

A 2

ASCA



ASCANIVS Phrygio iunxit socia agmina Regi,
Quem retulisse Deum magnus Homerus ait.
Gensq; , hortante DEO, fugiens idola necesq; ,
ASCANIS, Hercyniæ sedit ad ora plagæ.
Milleque per casus, rerumque pericula mille,
Vna suæ sedis nomen & omen habet.
Fortibus & gestis, maiorumque ordine longo,
Teutoniæ Celso fertque tulitque Duces.
Singula quis numeris comprehendere nomina tentet?
Gesta canunt Vates: nomina fama refert,
Quem decus ALBERTI, qui nomine præditus VRSI,
Expulit hac Sorabos terrâ Henetosque, fugit.
Quod viget in terra hac Pietas, Astræa, Charisq; ,
Acceptum fertur dotibus VRSE tuis.
Quid quod ab ALBERTI genus VRSI stemmate ductum,
Marchio, Saxonæ Dux, Leo, & Vrsus habent?
Sed si non fragilis vox, pectus firmitus ære,
Pluraq; cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen ASCANIÆ complecterer incluta gentis
Nomina, quæ Pietas laude Themisq; vehunt.
ERNESTO memorare libet cum fratre RODOLPHVM,
Fulmen Bellonæ, præsidiumq; togæ.
ERNESTO nati fausto sunt sidere Fratres,
Qui tres corporibus, mentibus unus erant:
Illustri Illustris Pietate GEORGIUS Heros,
Sustinuit munus Præsulis usq; boni.
Iustitiæ venerans lances IOACHIMVS & artes,
Publica provexit commoda, remque Sacram,
IOHANNES Themidos cultor, timidusq; IEHOVÆ,
Municâ populos fovit & auxit ope.
Longa mora est numeris prælustres condere laudes,
Seu BERNHARDE tuas, CAROLE sive tuas:

Nomen.

Nomen ad astra tuum, IOACHIME ERNESTE, feretur,
Dum sacra Relligio, Musa, Themisque manent.
Mars tuus Hesperis est notus, notus Eois,
Atque domum factis Solis utramque replet.
Et tua cura cavet, ne Charta volatica ubique
Distrahat hæc Sævo templa scholasque dolo.
Dumque Chimæra viris purgat loca singula doctis,
Naufragiis remanes portus & aura piis.
Qui celeste pius Numen veneratur amatque,
Hunc celeste pio Numen honore beat.
Ergo tuæ, hinc meritis Dux usq; ad sidera note,
Heroæ soboli fata Deusq; favent.
Hinc Soboles, æquat meritis Heroica! Patrem,
Et tabulam custos Legis utramque colit.
Relligio, Pallas, Themis, & Pax, atque Camanæ,
Regna sub ASCANIO sceptrâ tenente tenent.
Relligio Latii purgata à sorde Baalis,
Non vesco quæri Numen in Orbe finit.
Omnis in ASCANIO doctis stat cura Camœnis:
Læta suâ cives Virgo bilance regit.
Paxq; suis, Pallasq; suis tutissima donis,
Gaudet in hac sceptrum sede tenere suum.
Non ego nunc, BERNHARDE canam te, teq; IOHANNES
ERNESTE, ô Belli fulmina bina Sacri!
Quis fat IOHANNEM iam laude GEORGIORUM ornet,
Imperii columen, Christicolûmque Patrem?
Quis fat CHRISTIADEN iam cœlo laudibus æquet,
Illustri Illustrum Marte togaque Ducem?
Quis satis AVGVSTVM iam augustum nomine reque,
Aonidum sidus præsidiumque canat?
Quis fat laude piâ LVDOVICVM tollat ad astra,
Delicias Clarii per fugiumque chori?

SPONSVS adest grato celebrandus carmine: Sponsus
Inclutus est iusti Martis & artis honos.
Vix alius Martis magis est instructus ab arte,
Mitibus aut studiis tempora plura dedit.
Vtq; fera est animus, cum res ita postulat, arma
Sumere, & hostili tingere cæde manum;
Vtq; grave excusso iaculum torquere lacerto,
Collaque magnanimi flectere doctus equi est;
Sic placidas follers animum dimittit in artes,
Claraque Pieriâ tendit in astra viâ.
Et Pietatis opus purgatum à facibus aulæ
Ausoniæ decorat, provehit, atque fovet.
Sed studiis factisque Fides præluet IESV:
Lex est actorum regula, causa DEVS.
Hoc decus est potius, quam Cræso censibus amplis,
Emathioque parem viribus esse Duci.
Ergo Duci nuptum, CHRISTO duce, & auspice CHRISTO,
DOROTHEA HEDVVIGIS celsa potensque datur.
Cui fuit AVGVSTO genitrix Heroe creata
Saxone, Musarum Christiadumque Patre.
Cui Pater est Princeps HENRICVS IVLIVS, Heros
GVELPHICVS, Heroo Marteque & arte potens.
Dux Pater est nulli veterum virtute secundus,
Sed prior ingenii dotibus, arte, Fide.
Nemo Ducum belli & pacis tenet aptius artes:
Ars Marsque Heroo sunt decus omne Duci.
IVLIA testatur totum Schola clara per Orbem,
Et sacra Relligio, grataque Musa canunt.
Carmina testantur cedro dignissima, quæque
Carminis autorem composuisse putes.
Ad poenam tardus Dux est, ad præmia velox,
Et inceret, quoties arma coacta capit.

Ac

Ac cum triste aliquid statuit, tristatur & ipse:
Estque gravis poenam sumere poena Ducis
Et quia Brunonis iam vicum territat armis,
Ac iacit invitâ fulmina rara manu:
Annuat ô utinam iustum victoria Martem,
Et pia Teutonio spiret in Orbe quies.
Hoc Duce SPONSA lata est, priscis dignissima GVELphis,
Digna Patre, ac aviis, dignaque Matre suâ,
Hanc docuit sanctas Patris artes Regia coniunx,
Regiaque ingenii duxque comesque pii.
Non est ingenium IOVA metuentius ullum:
Virginis est virtus summa timere DEVM.
Non melius curat casti decus ulla Pudoris:
Virginis est castus maxima cura Pudor.
Et probitate sua præstat, ne prisca vetustas
Laude piâ morum sæcula nostra premat!
Gratior est pulcro veniens ex corpore virtus,
Ingenium, mores, celsaque dona Ducis:
Ipse λογος præsens in pectore, Flamme Sancto
Et studia, & vitæ facta decora regit.
Sic benè conveniunt, thalamoque morantur in uno,
Coniuncti ASCANIVS GVELPHAq;, agente DEO.
Caste DEVS, casti thalami servator & autor,
Divino huic thalamo Numine dexter ades.
Et tua Principibus donet benedictio Sponsis
Omnia, quæ thalami nobile poscit opus.
Salvis Principibus Patriæ sunt omnia salva,
Salvaq; Relligio, Paxq;, Themisq; vigent.
Finiit annus iter; finem fac esse malorum,
Et nobis anno da bona fata novo.

F I N I S.

Κυρίω αἰδία τιμή, ἔ δόξα, κλέος τοῦ

Ac curantibus aliquid...
Et quia...
Annat...
Hoc...
Man...
Et...
Sic...
Cuius...
Cuius...
Et...
Omnia...
Salvis...
Sicut...
Et...

FINIS

Explicit... m.



Nh 1235.

oo

f



ULB Halle 3
 002 819 279


an 31 nur verknüpft JA → OL
 f1-5 # 40 Stück
 f23

VD 17 ne




... **mm** ... **tho** ... **lypmsa**

... **r** ... **h** ... **e** ... **h** ... **e** ... **h** ... **e** ... **h** ... **e** ... **h** ... **e** ... **h** ... **e** ...

... **mm** ... **mm** ... **mm** ... **ms**

de





EPITHALAMION

an 31

In celebritatem nuptiarum exoptatis.

ILLVSTRISSIMI PRINCI-
PIS AC DOMINI, D. RODOLPHI,
PRINCIPIS ANHALTINI, COMITIS A-
SCANIÆ, DOMINI SERVESTÆ
AC BERNBURGI, &c.

Et

ILLVSTRISSIMÆ PRIN-
CIPIS AC DOMINÆ, D. DOROTHEÆ
HEDWIGIS, DVCIS BRUNOVICENSIS
ac Lunæburgensis, &c.

*Reverendis. & Illustris. Principis ac
Domini,*

D. HENRICI IVLII,
POSTVLATI EPISCOPI HAL-
berstadensis, Ducis Brunovicensis &
Lunenburgensis, &c. F.

*Quæ Dei ter Opt. Max. auspicante gratia A. D. XXIX. Mens. Xbris
Iuliani VVolfferbyti solenniter celebratæ sunt.*

*Felicis. appreciationis, & subiectissimè grati animi
declarandi studio scriptum*

à

M. IOHANNE FERTSCHIO LVDI-
litterarij apud Bernburg. R.

SERVESTÆ, Excudebat Iohannes Schleer,
Anno M.DC. VI.